Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 191

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 455.

Cod: CXCI.

Chartac: Fol: Soec: 15. 2 3. 4.

1

Sermones tres de Dedicatione templi. 1a–8a

Sermones tres de Dedicatione templi; primus incipit: "Vidi civitatem sanctam &c: Sicut in veteri testamento". Secundus: Audivi vocem de throno &c: Cum quanta solemnitate." tertius: "Vidi civitatem sanctam &c: Non solum in Scripturis sacris."

2

Joañis de Fonte Compend: II libri Sententiarum. 13a–249a

(a) supple: haberent.

Joannis de Fonte Compendium II libri Sententiarum. Rubrica, quae praefaminis loco ponitur, incipit: "Ad preces Studentium dum essem lector in monte pessulano et ut fratres pauperes sub compendio sententias librorum sententiarum (a) Ego frater Johannes de fonte ordinis minorum fratrum per modum conclusionum sententialiter distinctionem quamlibet ejusdem voluminis recollegi et in presenti libro incipiunt conclusiones 2i subdens communiter in quibus magister a doctoribus non tenetur." Commentarius autem inchoatur: "Creationem Distinctio prima continet conclusiones octo." Ex his patescit Compendium libri I Sententiarum, quod extat in Codice CXLIII. n: 1. ejusdem esse Joannis de Fonte, uti et Compendium libri tertii Sententiarum, de quo infra. Editiones perantiquas recensent quidem Seemiller in Incunab: typogr: Bibl. Ingolstad: Fasc: I. p: 127. et Zapf: in Augsburgs Buchdr: Gesch: 1 Th: p: 146. Coeterum

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 191

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 456.

authoris nostri apud librorum censores nul,
lum deprehendi vestigium.

3

S. Bonaventura Incendium amoris

S. Bonaventura Incendium amoris. Rubri,
ca quidem praecedens est haec: "Incipit Bona,
ventura Stimulus conscientie vel secundum
alium tytalum tractatus graduum quibus per,
venitur ad veram sapientiam"; sed cum tot
ac tantos praesens opusculum jam tulerit titu,
los, cum aliis omnibus praeferre placuit,
quem et ipse author libro suo tribuit, et
editores opp: S: Bonaventurae Lugd: 1668. Fol:
T: VII. pp. 184 secuti sunt. Prologi duo, quib,
bentur in praefata editione, in codice nostro
desunt. Initium ipsius operis est: "Cte
descripsi tibi eam tripliciter." Contuli cum
editione, hanc que a nostro Ms: in pluribus
praesertim circa finem desciare deprehendi.
Genuinum S: Bonaventurae partum esse, scri,
bitur in Bodromo ad opp: S: Bonaventurae
Lib: 8. part: 1. Cap: 2. §. 6. col: 553. In calce
librarius noster haec adjecit: "Explicit sti,
mulus conscientie seu tractatus graduum
Incipit liber de stimulo amoris in dulcissi,
mum et pyssimum Jesum Salvatorem nostrum
et habet tres partes In prima agitur de glo,
riosa passione In 2da de his que ad contem,
placionem disponunt, In tertia de contem,
placionis quiete et cetera." Unde

250a-257a

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 191

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 457.

4

Ejusdem Stimulus amoris.

257a-271b

Ejusdem Stimulus amoris sequitur, qui incipit: "Currite gentes undique." Verum hunc stimulum ab Henrico de Balma non autem a S. Bonaventura elaboratum, seu potius compilatum esse, jam in Cod. CXLII. n. 1. ostendimus.

5.

Joañ: Runsick de Friburgo Confessionale.

271b-297a

Joannis Runsick de Friburgo Confessionale. Absque ullo titulo incipit prologus: "Simpliciores et minus expertos confessores de modo audiendi confessiones informare cupiens." Operis ipsius initium est: "Cum aliquis suam petit confessionem audiri." Hujus confessionalis authorem esse Joannem de Friburgo, cognomine Runsick luculenter ostendit Quetif Script. Ord. Praedic. T. I. p. 525. ubi de eo hanc fert censuram: "Quod opusculum curiosum, ritus enim quo ea aetate fiebat confessio refertur ab hujus saeculi ratione paulo diversus. Primo Sacerdos et poenitens simul genuflexi orabant, tum excommunicationis dabatur absolutio, postea poenitens sedens ad latus Sacerdotis confitebatur peccata, genuflexo denique Sacerdos sedens poenitentiam imponebat" &c. Bibliotheca quoque Taurinensis Codd. mss. T. II. p. 43. col. 2. idem exhibet confessionale cum expresso authoris nomine.

Joannes de Friburgo cognomine Runsick dictus etiam Lector, et Teutonicus Ord. Praed. floruit circa annum 1320. bene ut notat Fabric. Bibl. m. & i. latin. T. II. p. 204 distinguendus a Johanne Teutonico Seniore, qui

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 191

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 458.



ex Episcopo Bossunensi ao 1241 Magister Ord: Dominican: gntis fato functus est ao 1254:/ Liceat addere eundem esse Authorem Sumæ Confessariorum, de qua diximus in Cod: XXV.

Cod: CXCII.

Chartac: Fol: Soec: 15. 2 3.5.

1.

Alberti M: Biblia Mariana.

1a-29b

Alberti M. Biblia Mariana, in quibus omnia fere, quæ in Sacris libris continentur, B: V: Mariæ / superstitiose dixeris, an ingeniose?:/ adaptantur. Initium operis est: "In principio creavit Deus Genes: 1o celum empyreum per quod intelligitur domina mundi virgo maria." Cuivis capitulo præmittitur Syllabus allegoriarum in eo contentarum, v: g: Maria coelum, Maria lux etc: In edit: Opp: Alberti M. Lugdun: 1651. Fol: post pag: 462 extat T: XX. De authore hujus operis dicit Quetif Script: Ord: Prædic: T: I. p: 177. "Tertium hujus tomi opus Biblia Mariana non recensetur inter Alberti opera nec a Laurentio Pignon, nec a Valleoletano, nec quantum mihi sapit, stylum redolet Alberti, eique abjiciendum etiam videtur: peritiorum tamen esto judicium." Qui copiam habet consulat desuper Diarium theolog: Unschuld: Nachrichten, Anno 1728. p: 561, et Fabricii Indiculum Marianum.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 191

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: manuscripta.at - Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken
Permalink: manuscripta.at/?ID=27528

Hill Museum & Manuscript Library, Saint John's University, Collegeville MN, USA - Online manuscript description:
OLIVER - Online manuscript description (HMML)